



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Longe, facile, nimiru[m], valde.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

bui negocia mea tuis, sic aliq̄ntum, aliq̄ntulū, parū, minimū. i. ualde parū, sed minime negatio est, & significat nō, minimū doctus q̄ parū nouit, minime doctus qui nihil nouit. Lactā. Pręter morē oratorū dixit, quāto frequēter impellit, tanto firmiter roborat, p̄ frequētius & firmitus, & Boetius, paulo ſequales, p̄ paulū, neutrū imitabimur ſi Valle audimus. Lanci. oſtēdit hęc in o etiā poſitiuis & uerbis aliq̄n recte iungi, quia intelligit̄ ait motu, impetu, uel quid ſimile, & ſic n̄ titur defendere, quos Valla taxat, piā, p̄fecto rem facit Lanci. Tu tñ elegātiffimū elegātij p̄ceptorē Vallam ſemp̄ imitare, p̄terq̄ forte in pauciſſimis a nobis interim manifeſtatis. Venuſte certe locutus eſt Maro. O p̄ſtās animi iuuenis q̄tū ipſe feroci Virtute exuperas, tātō me impenſius ſequū eſt Cōſulere. & Quinti. Cōcētus quāto eſt uehementior, tātū romana in bellis gloria ceteris p̄ſtat. idē. li. ij. declamādi ratio, ut eſt ex oibus nouiſſime inuēta, ita & multo eſt utiliſſima. dicit Laurē. in duobus p̄cedentibus aliq̄ loq̄ nō licuiſſe, in quo uidet̄ mihi ſibi cōtrariū, q̄a multo p̄ſtat, ita recte dicit̄, ut multū p̄ſtat.

Longe, facile, nimirū, valde.

Longe pro ualde cōparatiuo, ſuplatiuoq̄ gaudet, & uim horū habentibus, ut ſunt ante, poſt, aliter, ſecus, p̄ſtat &c. Virgī. At pedibus longe melior Lycus. Quinti. Longe omnīū quos quidē mihi audire cōtigat, p̄ſtantiffimus dñicus apher, ſic lōge filiorū minimus eſt loannes, lōge minimū ſcit loānes non minime, quia mera negatio eſt. Eiſdē iungit̄ facile p̄ nō dubie, & nimirū p̄ eodē uel p̄ ualde. Cice. p̄ Rabirio. Virū unū totius gręcię facile doctiffimū Platonē. Quinti. Lōge p̄cedunt ingenia iuuentū, ſic longe p̄ſtat, longe uincit, longe, ſecus, aliter, alius, diuerſus, abſiſis, diſpar, & diuerſitatis id genus alia. longe uel facile princeps p̄cipuus, Cice. pro Roſcio, Virtute, exiſtimatione, nobilitate facile principē. Quinti. Nouē v̄o lyricorū Pyn darus facile princeps, nimirū doctiffimus &c. ſed nimirū reuerēdus, quia reuerēdiſſimus doctiffimi non dicūt, de quo alſ diſputauimus, facile primus, ſimius, quod ſuplatiuū uidet̄ eſſe ſine abſoluto & medio. Nā excelfus docuimus facere excelfiffimus, longe uel facile ſecū dus &c. non reſpicimus ordinē, ſed dignitātē. Tu eſ facile a rege ſecū dus, id eſt indubie poſt regem primus, ualde poſitiuis datur. Si quis igitur cōparare uelit perdoctus, nō dicat perdoctior perdoctiffimus ſed multo doctior, q̄ doctiffimus &c. Princeps, p̄cipuus, eximius & quędā alia, quia uim ſuplatiuā habēt, etiā regūt genitiuū pluralē. Lucanus. O ſūmos hominū quorū fortuna per orbem Signa de lit quia multi dicunt eſſe abſolutū ſiue poſitiuū. Iuue. Pręcipuus tamē

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

est horū qui sepius exul, hinc p̄cipue. i. maxime. Virgi. dixit. Sequit̄
mur te sancte deorū, Et saturnia magna dearū, p̄ sanctissime & ma-
xima, sed prosa respuit eum loquendi modū.

Pronomen.

Tertio. pronōia regūt huius regulę genitiuū non tria tm̄, sed oīa
ueluti, uterq; discimus, quorū ego grāmaticā, tu logicam, multi ser-
ui mali sunt, quorū meus est pessimus oīm. in æthicis Aristo. lauda-
mus quidē iuuenū eos qui sunt uerecūdi. Possunt etiā noīa substā-
tiua, siue cōmunia, siue ppria regere casum huius regulę, & cōphēdi
sub pnoīe possunt, ut alī pronōia sub noīe. Boetius. Quorū Basili⁹
olim regio misterio depulsus. E duo corripit̄, q̄; peto ui facit & tū

Numeri.

Quarto, duplex numerus, cardinalis .i. & ordinalis p̄cipue, licet &
aliī forsitan interim regūt hunc casum, ut duo istorū primus & ultī-
mus hominū. Iuue. Regū ultīmus ille bonorum, sic quot & quotus
hominū. Terē. Quot hominū illic litigant, sed quoniā utilissima est
numerorū notio, non nihil de ijs afferamus. NVMERVS igitur
est unitatū collectio. unitas non numerus, sed numeri est principiū.
Numerorū species, ut hic de numeris agimus sunt cardinalis, ordi-
nalis, p̄deralis, distributiuis & aduerbialis.

Cardinalis.

Cardinalis est numerus simplex, unde aliī trahūt originē. & dicitur
cardinalis. i. principalis, ut unus a. um. sed potius est numeri princi-
piū duo ē. o. tres tria, quattuor, quinq; sex, septē, octo, nouē, decē,
et hi proprie & maxime numeri sunt undecim, duodecim, tredecim
quattuordecim, quindecim, sedecim, septēdecim, octodecim, nouē-
decim, uiginti, uiginti unus & c. triginta, quadraginta, quinquaginta,
sexaginta, septuaginta, sed octoginta, non octuaginta. Centū, centū
& unū & c. Bis centū, tercentū & c. uel pluraliter tm̄ adiectiue, ut al-
bi albe alba dicimus, ducenti. tē. ta sic trecenti, quadringenti ubi t in
d. c in g. (qd' post n semp sit) mutat qngenti, sexcēti, septingenti, octin-
genti, nongēti. Mille, mille & unus & c. Bis mille, termille, quatermil-
le & c. Non duo mille nec duo centū & c. Quia adiectiua duo sunt q̄
inepte cōnectunt. Recte autē dicimus, duo milia, quia substantiuum
est, cuius singulare est Mile unico l. ut ait Georgius Valla, ut mile ho-
minū interiit, milia equitū Philel. dixit, millibus uenenis & rixis, sed
nolo imitari, quia mille adiectiuū indeclinabile, & mille substantiuū
in singulari, quod in plurali declinat milia miliū milibus. Illud autē